

1. 2  
2. 2  
3. 1  
4. 2  
5. a  
6. 8  
7. 1





1a Boehmer 1789<sup>1a</sup> u. 1790<sup>a, b</sup> etc.

1789. 1a Boehmer

s. am Schluß.

1. G. Hebelius, Francus, Christophorus Gebhardus: Mandatum Electorale  
Saxonicum quod Hebelitium nominator.

2. Heubthal, Carolus Ludovicus Augustus, Liber Baro et: De statu Pen-  
sionum publico regnante Rudolpho I.

3. Knezel, Ernestus Gottfriedus Christianus: Ord. iuridici... Documenta:  
Lectori benivolentissimo salutem (ad Disputationem in eum Joanni Christopho  
Gottwardo Hebelio innotat) tract. de Bimestre sine cernis  
multiplicis actione i. Lusaciae superioris Marchionatus illi-  
cita.

4. Knezel, Ernestus Gottfriedus Christianus: De magia e criminum  
serie proserenda.

5. Knezel, Ernestus Gottfriedus Christianus: De finibus paenarum

6<sup>b</sup> Klotzsch-Fischer 5<sup>c</sup> Langguth 5<sup>d</sup> Lappenberg  
5<sup>e</sup> Lohmann 5<sup>f</sup> Leonhardt 6<sup>a</sup> Schroech-Klotzsch

6. Wernsdorffius, Gottlieb: De actate libelli, qui jura beneficiati  
trahit et casus auctori plerumque veteris auctoris de  
beneficiis nomine investigatur, P. 1752

7. Wiersanus, Georgius Stephanus: De poena furti varia

6<sup>c</sup> Tidius  
6<sup>d</sup> Tidius



1<sup>a</sup> = Bochen <sup>1<sup>a</sup></sup> Bochner - Kohlheim  
1790

1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> Prebiler, Jo. Christophorus Gotthardus: *Tragweite der juristischen  
Faciendum I.*

2. Hommelius, Christianus Gotthardus: *De jurebus singularibus  
militibus qui honestam vel causam impetraverunt  
missionem prosertim in Saxonia competentibus.*

3. Hommelius, Christianus Gotthardus: *De jurebus omnium singularibus.*

4. Klugehans, Emanuel Gotthardus Christianus: *Observationes juris*

4<sup>b</sup> <sup>4<sup>a</sup></sup> ~~Leubner~~ <sup>Worst</sup>

5. Meisner, Christianus Gotthardus: *De lege criminali in Lusacia  
superiore a. 1784 promulgata.*

5<sup>b</sup> <sup>5<sup>a</sup></sup> ~~Nitzsch~~ <sup>Muenberg</sup>  
6. Roemer, <sup>5<sup>a</sup></sup> ~~Carlus~~ <sup>Flavicus</sup>, a: *De autonomia Saxonum*

7. Schlockwerder, <sup>a</sup> ~~Anton~~ <sup>Augustus</sup>: *Ord. jur. . . . De o. a. u. s.  
lecturi benevoli o. p. d. (et Disputationem Franci hup-  
ti Hieronymi Thalergeri imital) Inest: an et quale  
nas jus utentibus in rebus ob meliorationes fundi*

*locum vobis vindicet.*  
7<sup>b</sup> <sup>7<sup>a</sup></sup> ~~Phum~~ <sup>ann</sup>



8. Hickler, Leonardus Yollus : De veris pomerium civitatis  
ad ponimus fines relatione.
9. Thalerger, Joannes legatus Hieronymus : De obligatione  
utriusque Siciliae regio tributum omnium, ex rena clericale.  
lari regni Neapolitani cum ecclesia R. prae. fies R.  
more solito utriusque praestandi.
10. Triller, Anton Ferdinandus : De penis illarumque fini-  
bus ex placitis juris naturalis recte estimandis.
11. Weberus, Michael : Interpretatus historiam loci eiusd.  
20. 5. 6., qui vulgo communis habetur.
12. Wernsdorffius, Julius : De legitimis ex fendo uxor  
secundum legem Saxonicae potestate.
13. Wiesandis, Georgius Stephanus : Ord. jur. Divi. -- Decimus.  
lectura benevolae salutem (ad Disputationem reus inanis. Tunc  
audis Yollus Toepferi innotat)



14. <sup>a</sup>Wiesand, Georgius Heppamus: Censor benevole salutem.

(in computationem Christiani Grolfordi Medicinarii in Ital.)

14. <sup>b</sup>Wiesand

15. Wiesand, Georgius Heppamus: De probatione per  
Iurjurandi delationem instituta.

1789

1<sup>a</sup> Boekmer, Georgius Rudolphus, Fac. med. . . Decanus:

panegyrum medicam indicit et dispositionem plan-  
tarum in tabulis synopticis nuper commendatam  
nunc exemplo Mesembryantheni illustrat.

1790

1<sup>a</sup> Boekmers, Georgius Rudolphus, Fac. med. . . Decanus:

panegyrum medicam . . . indicit et genera plantarum  
in tabulis synopticis disponenda commendat.

1<sup>b</sup> Boekmer, Georgius Rudolphus, Fac. med. . . Decanus: pan-

gyris medicam . . . indicit et: tabularum synopticarum,  
quibus genera plantarum disponuntur, exempla proponit.

1<sup>c</sup> Boekmer, Georg. Rud.: panegyris med. indicit et: tabularum  
synopticarum, quibus genera plantarum disponuntur, exempla  
proponere perg. 4.



1789 14  
6d.

DE  
CONVICTVS WITTEBERGENSIS PVBLICI  
CVRA EIVSQUE VICISSITVDINIBVS  
SERMO  
QVEM  
IN SOLENNI  
DOCTORVM PHILOSOPHIAE  
ET  
LIBERALIVM ARTIVM MAGISTRORVM  
RENVNTIATIONE

D. XVII. OCTOBR. MDCCLXXXIX.

ET CVM

VITIS PROMOTORVM

EDIDIT

DECANVS

IOANNES DANIEL TITIVS

PHYS. PROF. ORD. FACVLT. PHILOS. SENIOR ET CONVICTORII  
ELECTORALIS INSPECTOR.

---

WITTEBERGAE,  
LITERIS TZSCHIEDRICHII.

1789.



DR  
CONVICIUS WITTEBERGENSIS LIBRARI  
CURA FIVEGNE VICISSITANTIBUS

SE R M O

DOCTORVM PHILOSOPHIAE

LIBERALIVM ALIVM MAGISTROVM

REINVENTIONE

D. M. G. B. T. M. G. B. T. M. G. B. T.

RIVIS P. R. M. G. T. O. R. M. A.

D. M. G. B. T. M. G. B. T. M. G. B. T.

IOANNES DANIEL PIVIS

1788  
1789  
1790  
1791  
1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1798  
1799  
1800  
1801  
1802  
1803  
1804  
1805  
1806  
1807  
1808  
1809  
1810  
1811  
1812  
1813  
1814  
1815  
1816  
1817  
1818  
1819  
1820  
1821  
1822  
1823  
1824  
1825  
1826  
1827  
1828  
1829  
1830  
1831  
1832  
1833  
1834  
1835  
1836  
1837  
1838  
1839  
1840  
1841  
1842  
1843  
1844  
1845  
1846  
1847  
1848  
1849  
1850  
1851  
1852  
1853  
1854  
1855  
1856  
1857  
1858  
1859  
1860  
1861  
1862  
1863  
1864  
1865  
1866  
1867  
1868  
1869  
1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900

1788

1789

1790







*Rector Academiae Magnifice*

*Viri Excellentissimi, Amplissimi, Praecellentissimi, Doctissimi, Patroni,  
Collegae, Fautores grauissimi, longe meritissimi, Cives Generosissimi  
Nobilissimique, Commilitones virtutis ac doctrinae laude ornatissimi,  
Auditores suo quisque ordine ac loco honoratissimi.*

**Q**uod prae ceteris faciendum puto, vt ne in ipsa huius diei  
solemnitate, isthoc in loco constitutus, ex quo tot eruditis-  
simi homines de grauissimis rebus ac vtilissimis saepius  
verba fecerunt, materia dicendi vestra digna attentione caream, id  
vero nunc maxime ad officii religionem pertinet, nec sine culpa a me  
poteest omitti: a me praefertim, qui amplissimi Philosophorum Or-  
dinis sextum Decanus, quam multae sint difficultates, quae in hac  
panegyri publice dicenti sese offerunt, bene perspicio, et ab aliis,  
me longe doctioribus, saepe obseruatum est. Nam, si in genere qui-  
dem, quae ad rem praesentem propius spectant, solummodo afferre  
conueniat, quis non videt, omne argumentorum genus, de studiis  
scilicet liberalibus, de philosophia, de morum doctrina atque regi-  
mine, de honoribus Academicis, et quae sunt similia, ita ab aliis  
esse occupata, immo fere exhausta, vt nihil noui, nihil quod aures  
teneat, vel mulceat, in medium proferri posse videatur. Quodsi  
iam



iam variandae scenae, aut attentionis erigendae causa, alieniorem quidem a scopo ipsius panegyris, attamen propius ad professionem illius, qui orationem est habiturus, attinentem legere materiam pro licito ducatur, sane illi, cui physicarum disciplinarum publice docendarum prouincia demandata est, maior inde, quam aliis, nascitur difficultas. Etenim siue de intimioribus et subtilioribus rebus orationis argumentum sumat, vix reprehensionem obscuritatis, ob rerum illarum ab auditorum captu remotarum naturam minus explicabilem, effugere potest. Sin vero ex leuioribus, communissimisque naturae rebus quidquam decerpatur, facile in illud incidimus incommo- dum, vt sermonem auditorio nec satis acceptum, nec oratore ipso dignum iudicent. Quapropter rectissime facturum credidi, si, cum mos gerendus est consuetudini de quacunque re disserendi, antequam ad renuntiationis solemniam accedam, iterum, me ad domesticum ali- quod recipiam argumentum, ex quo et nouitatis plurimum, siquidem de illo publice nunquam actum esse arbitror, et officii, quo per multos annos sum defunctus, religionem elucere spero. Quamobrem, vt maiorum instituto et meo obtemperem desiderio, de Conuictus publici cura eiusque a prima inde fundatione vicissitudinibus, agere constitui. Quam enarrationem, viribus aequam meis, vt Vos, Rector Academiae Magnifice, Patres Conscripti, Commilitones Honoratissimi, beneuole audiatis, mihiq; vel eam ob rationem faueatis, quod de sanctissimo Academiae instituto, Conuictorio, verba faciam. Nullo enim modo mihi committendum duco, vt tam praeclarum opus, quod Principes Saxonicus lautissimis instruxerunt beneficiis, et maiores Nostri laboribus vtilissime sumtis conseruarunt, reticeatur, vt potius hoc praefertim tempore, quo post tot tantosque, quos feliciter superauit, casus, de eo seruando postremis quasi curis solliciti sumus, administrationem et custodiam illius grata complectar breuitate.

Habet iam Serenissimi Principis Ioannis Friderici fundatio a. 1536 facta, \*) praescriptum de Vniuersitatis Oecono- mo, qui egen- tiores

\*) Fundat. Vniuers. Wittebergenf. publ. d. 7. Maji 1536. -- Die weil dem vonnöthen ist, ein Haushalter, Speiser, oder Oeconomum zuwörderst um der armen Studenten willen, die sich wöchentlich mit großem Kostgeld nicht



iores scholarum alumnos, ad Academiam accedentes, ut studia commode profequi possint, liberali hospitio excipiat, victu et potu pro exiguo aliquot grossorum pretio, per septimanam sustentet. Huius ut delectionem Oeconomi, sic quoque curam et rei familiaris administrationem, ad academiam deferre voluit sapiens Elector, imperavitque ut Professores in vniuersum, tamquam curatores, rebus Oeconomiae bene gerendis, praesent. Haec administrationis ratio sub Electoribus gloriosissimis, Mauritio, Augusto et Christianis I. et II. obseruata diligenter atque custodita, immo quodammodo necessaria fuisse videtur, quod in egregii huius beneficii societatem non literarum solummodo cultores opibus destitutos, sed Professores etiam egenos venisse legimus. De Christiano I. Zangerus in oratione Iubilaei seculari \*) post alia eius benefacta, insigni encomio praedicat, quod partem Collegii Augusti posteriorem Oeconomiae dicauerit, atque in eius usum magnam pecuniae summam, quae pro pecudibus obsoniisque necessariis opportuno coemendis tempore, parata esset, deputauerit; addens tandem: Nisi dictum pecuniae cumulum adiecisset, et in beneficium hoc Oeconomiae contulisset clementissimus Elector, credite mihi, multoties haec in parte quidam Professores, quibus tenuiores opes sunt, et pauperes Scholastici multas et magnas difficultates experirentur, propterea quod carni, lignorum, leguminum et aliarum rerum necessariorum pretium singulis annis crescat. Et in hoc Summi Largitoris benignitate rationem mihi videor deprehendere, cur Oeconomus festis primariis munusculum carni, tam recentis, quam fumigatae, Rectorum, Decanorum et Seniorum culinibus offerre antiquiore tempore obstrictus fuerit. \*\*) Quae sequentibus annis de Conuictorii cura et administratione reperiuntur, ea in-

A 3

certa

*nicht mögen beladen, zu haben — so wollen Wir hiemit ferner verordnen haben, daß demselben Speiser und Oeconomo, so die Universität dazu annehmen wird, aus den nachbestimmten Gefällen und Nutzungen jährlich vierzig Gulden — gereicher und gegeben werden sollen —*

\*) Extat apud Svevum, Acad. Witteb. plag. E. e. 144.

\*\*) Quod praeredito maxime saeculo consuetudine receptum fuit. Cf. *Instruktion für den Oecon.* d. a. 1701. d. 17. Octobr. Art. VIII. Qui tamen mos, Oeconomo molestus, ineunte statim hoc saeculo exoleuit.



certa sunt et obscura; ex omnibus tamen, ad Serenissimos Principes Electores datis ab Academia literis et supplicationibus, fatis intelligitur, regundae Oeconomiae potestatem apud Vniuersitatis Proceres fuisse, qui modo alternis, modo iunctis viribus, de Conuictus publici administratione, de aerario, de suppellectile comparanda et conferuanda, de legum autoritate, de honesta alumnorum disciplina, de faciendis singulorum officiiis quotidie dispicerent, et de rebus inter se conferrent, quae ad piae incrementum causae pertinere vnquam viderentur. De molesto hoc inspectorum munere saepius Academia literis supplicibus prolixè exposuit, tandem aerumnis et sollicitudinibus his vndique sic circumfusa, vt quiduis potius agere et perpeti, quam non de istarum grauitate et incommodis deplorare et conquiri mallet. Inde ad Christianum I. sub decimi sexti finem saeculi supplices literas dedit, humillimis apud ipsam precibus interpositis, vt administrationem Oeconomiae aliis concederet, Professoribus ab illa prorsus liberatis;\*) quippe qui querelis, deliberationibus continuis,

nego-

\*) Bericht von den 1000 Gulden, welche Churf. Christian I. a. 1591. zur Verbesserung der Oeconomie gnädigst verordnet. Ob nun wol wir für vnser Person E. Chffl. Gn. gnedigster Anordnung vnser nicht wiederfetzlich machen wollen, noch sollen, Auch nichts lieber wünscheten mochten, denn das die ganze Administration der Oeconomy andern Leuten uffgetragen, vnd wiew der selben befreyet sein mochten, Democh aber and die weil wiew der selben bisher nicht benommen, vnd keiner andern sach halben mehr, denn eben der Oeconomy wegen, so vielfeltige vnterschiedliche deliberationes bisshero vom Jaren zue Jaren angestellet, vnd nochmal nicht one Versummüß vnd Hindernungen an vnsern Lecturn, angestellet werden, damit der grasse schade, so dem Fisco Promotionis, dessen Einkommen doch nicht uff die Oeconomy, sondern uff die geude vnd andere tägliche Aufgabe gewidmet, zuegefügt, vnd noch täglich zuegefügt werden, das man auch dieser Vmgelegenheit halber bey andern hart müssen gelt vff Zins vffnehmen, damit der Gemeine Tisch hiebeur erhalten worden, verhöret werden möchte, -- Als haben wiew es dafür geachtet, Alldieweil E. Chff. Gn. hiebeur in einem gnädigsten rescripto, dessen Datum stebet Dresden, den 26. Augusti 20. 87. gnedigst dahin ercleret, das dieselbe im Werck, Vnschaffung zue thun, wie etwa die Oconomy künstzig zue bestellen, Vnd aber darauff noch zur Zeitt keine gnedigste resolution erfolger, denselben der Oconomy Zustand vnd Gelegenheit in Vnerthenigkeit, nicht vnser genieses halben, -- sondern vielmehr wegen der armen Studenten, vnd zur vorbü-

zung



negotiis ingratiss, temporis iactura ab officio auocarentur suo, et in rebus academicis recte gerendis valde disturbarentur; interea ad illam pecuniam, quam Seren. Princeps ad comparanda obsonia, carnes et legumina destinasset, rite administrandam, se duorum Collegarum delectum fecisse, quorum diligentiae omnino praemium aliquod statuendum esset. Sed frustraneas istas lamentationes et preces fuisse, ex eo colligo, quod paucis interiectis annis, sexcentesimo nempe nono per peculiare Academiae conclusum \*) Oeconomiae Inspectio communis, fieri et inter omnes Professores distribui coepit, sancita nempe hac lege: cura Oeconomiae sit semestris, et duobus Professoribus subleuandi oneris causa simul committatur; quolibet semestri, eodem, quo Rector electus fuerit, die, Curatores quoque constituantur, vnus ex facultatibus sic dictis superioribus, ordine sibi vsque ad medicam succedentibus, alter ex philosophica amplissima, et reliquis Collegarum numero propemodum aequali, facto a Senioribus initio. Tandem ad leuandam curarum molestiam, praesertim prandii et coenae tempore, vnus ex ministris Academiae sit Proinspector perpetuus, qui conuiuiis in coenaculo, atque Oecono in culina adsit, et ipse beneficii loco conuictu gratuito, aliisque commodis fruatur. In cuius rei fidem accuratam praescriptionis formulam \*\*) ad quam In-

specto-

*zung grasser Vnberwindlichen schadens, zue berichten, -- haben auch albereit dahin, ussu Fall E. Ch. Gn. vnsern Vorschlagk gnedigt stad geben wollen, decretirer, das D. Casparo Strubio vnd M. Michaeli Reinhardo diese Inspectio solle vffgetragen werden, vnd wollen nicht zweiffeln, E. Ch. Gn. wehren gnedigt zuefrien, das ihnen dakegen es Filco Foundationis eine kleine Befoldung für ihre Mühe vnd Arbeit, vnd einem jeglichen, doch E. Chst. Gn. hierinn nichts fürgegriffen, 20 st. gereicher wurden -- vid. Oecon. Buch.*

\*) Vid. Oeconomiae Buch, verfertiger a. 1610. fol. 121. lqq.

\*\*) His quidem verbis conceptam: *Inspectio Oeconomiae. Wir Rector, Magistri vnd Doctores der Vniuersitet zue Wirzenberg erkunden vnd bekennen hiernit, das wir vns wegen einer gewissen vnd stets wehrenden Inspectio der Oeconomiae vnd gemeinen Tiffches, nachvolgender-massen, miteinander vorgiehem.*

*Erstlich, damit solch onus commune sey, vnd gleichwol einem nicht zue lange auff dem Hals liege, So soll es nach der Ordnung herum geben, vnd alle halbe Jahr vorneuret werden.*

Zum



Inspectores obstricti essent, conditam legimus, in qua nihil, quod ad communis rei utilitatem spectaret, praetermissum esse viderur. Re-  
 ftori cuiuslibet semestris iniungebatur, vt Conuictorium ad minimum  
 quater

Zum Andern, weil es vom einem allein nicht wol verrichtet werden kann, Fundeme itzo dieses itzo jenes vorselet, welches Ihn verhindert, So soll es jeder Zeit zweien zugleich uffgetragen werden, domit einer den andern entzerzen müge.

Zum Dritten, Soll es mit diesen Zweien also herum geben, das alle halbe Jahr einer ex Superioribus Facultatibus und einer ex Facultate Philologica dazue gebraucht werde, weil quoad numerum personarum diese Facultas den Superioribus fast gleich.

Zum Vierden, Soll es in superioribus tribus Facultatibus per semestria umbgewechselt herum geben, Aber inn allen und jeden Facultatibus Ordo receptionis gehalten, vund der Anfang a Senioribus gemacher werden, also, das itzo D. Hüttero und M. Fabricio zum ersten mal, zue nechst D. Reußner und deme, so in Facultate Philologica volgetz, hernacher D. Herthenbachio und dem dritten in gemelter Facultate Philologica die Inspectio auffgetragen, und volgens a Collegio Theologico wieder angefangen, in philologica aber immer fortgegangen werde.

Zum funfften, Soll die Vorenderung geschehen allezeit denselben tagh, wenn ein neuer Rector erwehlet wird, post meridiem in aedibus Rectoris, vund alsdem praesentibus Senioribus die alten Inspectores das officium niederlegen, vund die Neuen dasselbe antretzen, Auch der Oeconomus, Lector et Famulus communitatis an die Neuen Inspectores angewiesen, vund, was nützig, dabey erinnert, so wol den nachstuolgenden mitragk die neuen Inspectores dem ganzen coetui per intimatiunculam notificiriz und gleichsam vorgestellt werden.

Zum Sechsten, weil die Inspectio gratis herum geben soll, und keiner, wenn Ihn die Ordnung betrifft, sich derselben zu verweigern harr, damit die molestia den Inspectoribus etwas gemindert werde, und Sie täglich nicht auffwarten müssen, Soll einer ex ministris Academiae zum perpetuo Proinspectore verordnet sein, welcher sine exceptione alle malzeiten, morgens und abents, in der Küchen bey dem anrichten, und in Conrubernio bey dem Conuictu gegenwertig sey, dafür Ihme der Tissh, neben dem Lectore und Famulus communitatis, oder, nach gelegenheit eine andere ergerlichkeit gereicht werden soll.

Zum Siebenden, domit es desto ordentlicher zuegehe, vund die Inspectores jeder Zeit, sowol der perpetuus Proinspecter wissen mügen, was Ihr officium sey, vund wie die Administratio von Ihnen zu verrichten, So haben wir eine gewisse Form vund Instruction verfasst, und derselben zwey gleichlautende Exemplaria verfertigen lassen, welche den Ersten Inspecto-



quater, nunc cum Inspectoribus solis, nunc cum comitatu aliquot, praeter eos, Professorum, inter epulandum inuisat; remque non Inspectorum sed Academiae esse perspiciat. Quodsi huius praescriptionis argumentum, eiusque articulos quadraginta perpendo, eam sic omnibus absolutam numeris iudico, ut melior ne hodie condi et componi possit. Inde eam integro hoc seculo normae et legis instar inualuisse, immo leges mensae communis conditas his potissimum curatoribus et latine euulgatas esse, \*) ut credam, multa satis argumenta in promptu sunt. Et videtur haec administrationis cura inter plures diuisa, non suis quidem viribus, sed Ioannis Georgii I. beneficiis, per longum annorum numerum substituisse. Namque pater illius inter multa munificentiae opera, ingentem quoque pecuniae summam in Conuictum nostrum publicum contulerat, constituendo aerario, ex quo comparandis rebus necessariis sumtus satis suppetere; hanc, aeruicatorum artibus et belli tempestate pene interuersam, Electoris Ioannis Georgii II. pietas non suppleuit tantum, sed ultra dimidium amplificauit. Magna haec sunt et efficacia, ad Conuictorii curam, miseris illis temporibus tabescentem et fere deficientem, nouo spiritu animandam, subsidia; donec seculi praesentis initio, cum se effrenata belli Sueuici rabies, atque bello peior fati misceret inclementia, pulcherrimamque hanc molem conuelleret et propemodum emoueret.

Et

*Inspectoribus von Vuss hergestellt und hinführo neben auffgeragener halbjähriger Inspection jeder Zeit den Successoribus ausgeantwortet werden sollen.*

*Volget die Instruction in gewisse Articul verfasset; numero quidem 43, eorumque vltimus sic habens: Vnd weil dieses ganze Werk nicht der Inspectorum vor sich, sondern der Academie ist, Soll hinführo ein jeder Rector in seinem Rectoratu, auff wenigste viermal bey essens Zeit, die Communitaet besuchen, nunc cum Inspectoribus solis, nunc cum comitatu aliquot praeter eos Professorum, damit menniglich sehe, dasz Wier vber den Inspectoribus halten, Auch die Studiosi, so Sie etwas wider die Inspectores, oder den Oeconomum zue klagen vermeinten, desto füglichler solches thun, vnd die Inspectores Jhren Gegenberich oder Mirclage mit dem augenschein vorzubringen, Gelegenbeit haben können. Zur Vrkunde etc. - Geschehen in Wittenbergk d. 1. Septbr. ao. 1609. Sequuntur Lectoris et famulorum officia et promissio. Oecon. Buch 123. lqq.*

\*) Leguntur apud Svevum, c. l.

B



Et quamquam nihil relinqueret Academia, quo suam sustinendi Conuictorii curam Superioribus rerum arbitris approbaret: tamen mox illa domi forisque impugnata, tuta atque tranquilla amplius praestari non potuit. Nam qui illam humeris imponi suis pateretur, tam in Professorum corpore, quam inter alios viros doctos nemo reperiebatur. Accedebant frequentiores callidaeque maleuolorum insinuationes hominum, aditum sibi ad Superiorum animos praeparantium, nauatam Academiae operam, et labores pro Conuictorio summa fide et contentione susceptos, in sinistra[m] interpretantium partem, intempestiuisque moniis reddentium suspectos. Quibus de causis facile factum est, vt tota Conuictorii procuratio Circuli Wittebergensis praefecto anno huius seculi XXXI, per rescriptum regium traderetur. \*) Hanc vicissitudinem Academia constanti ruli animo, et quum aliud suadendo, obnitendo, deprecando, non poterat, patiendo vicit, tutissimum agendi genus existimans, si prauis opinionibus nihil daret, nec ab officio et consiliis vnquam recederet honestis. Sic Conuictorii nostri cura publica plures per annos a Praefectis Wittebergensibus, successu tamen haud optato, gesta est. Etenim, quae Academia longe antea praecipit cogitatione, literisque suis ad sanctiorem Senatam palam exposuit mala, videlicet dissensiones infinitae, autoritatis contemptus, obsequii neglectus et officiorum, obiurgationes, tumultus aliaque plures difficultates, tanquam alieni negotii comites, mox subsequuta sunt, \*\*) Circa id tempus vica-

\*) Haec a Praefectura Witteb. per commissionem, vt vocant, cura aliquot annis gesta, a. 1731. d. 5. Aug. initium cepit.

\*\*) Cf. *unterth. Bericht der Univ. d. 10. Decbr. 1744. in actis des Locat. M. I. Chr. Fabn Besikwerden über den Verfall des Conu. Bel. No. 49 a. Vol. 11. A. 1745. fol 4. 5.* — Hierdurch aber ist der Zustand des Conuictorii nicht gebessert, angesehen eines Theils die Universität, durch die dem hiesigen Kreisamte ertheilte und fortwährende Commission, von der Aufsicht über das Conuictorium, dessen Rechnungen und die Ausführung ihrer Subalternen, wo nicht ganz ausgeschlossen, doch darin sehr eingeschränkt und in ihren Veranstaltungen gehindert wird, inmassen der Oeconomus seine Speise-Ordnung, der Locator seine Bestallung, und der Verwalter die Rechnung des Fiscus Conuictorii, uns unter dem Vorwande, daß das Conuictorium nicht mehr unter der Universität stehe, sondern von der Commission dependire, vorembalten. — Inzwischen erscheinet hieraus,



vicaria Conuictorii inspectione Praefectus Regio-Electoralis vus esse, eamque Curiae Prouincialis Protonotario, Doctori Ioanni Friderico Clement, commississe videtur, qui tamen, cum ei a Conuictoribus exceptio legitimationis ad causam opponeretur, a munere sibi iniuncto non sine ignominia depulsus est. His omnibus supremus Senatus Ecclesiasticus tandem permotus, ad Academiam rursus rescribit, vt, quomodo Conuictus publici procuratio, meliori ratione institui, et vitia illius corrigi possint, communi studio dispiciat, et quid optimum factu sit, Principi submisit proponat. Haec anno quadragesimo primo, ad octauum vsque acta sunt; quo postremo temporis spatio curam Instituti nostri Rector atque natu Maiores gesserunt. Duo inprimis Vniuersitas melioris Inspectionis praefidia adoptabat: alterum ab Beneficiarium Regio-Electoralem Ephoris, qui maxime vilem huic rei, et quidem gratuitam praestare operam possent: \*) alterum ab Academiae Protonotario expectandum, \*\*) cui inspectio

B 2

*hieraus, das dergleichen Collision uns ausser Stand setzet, die Aufnahme und das Wohl des Conuictorii zu befördern - In dessen Berracht denn unsre unmasgebliche Meynung dahin geht, - das nach Vorschrift der Statutorum ein Inspector gesezet - denselben ein hinlängliches Honorarium ausfindig gemacher, ihm die fleissige Besuchung des Conuictorii auferleget, anbey aber ihm die Autorität und Gewalt, nicht allein den Speiser, wenn er seine Obliegenheit vergisst, dazu gebührend anzuweisen u. s. w.*

\*) Cf. in actis allegatis, gnädigstes Rescript d. d. Dresden, d. 11. Ian. 1745. und ihr, wie die bey dem Conuictorio so nöthige Aufsicht, ohne von der Foundation abzuweichen, in bessere Ordnung zu richten seyn möchte, und ob nicht diese denen Ephoris Unserer Stipendiaten am füglichsten aufzutragen sey? mittelst eines anderweiligen Berichtes in obmasseten Vorschlag zu bringen habet. —

\*\*) Unerrth. Bericht der Univerf. vom 24. Febr. 1745. in cit. ad. — Weil eine genaue Aufsicht, sowohl auf die Conuictores, als auch auf den Locatorem, Oeconomum und das Rechnungswerk vom Fisco Conuictorii nützig scheint, so würde diese Inspection in noch bessere Ordnung kommen, wenn selbige ratione Collegiorum et Conuictorii vereiniger, und einem ex corpore, der deswegen auf dem Augusteo wohnen könnte, und dazu genugsame Geschicklichkeit, Ansehen, Vigour und Zeit haben müste, oder auch unserm Protonotario zu einiger Belohnung seiner bisher fast ohne Emolument geleisteten, und noch ferner zu leistenden treuen Dienste aufgetragen, diesem Inspector auch genugsame Autorität und einige potestas coer-



foli imponenda, eidemque siue parte quadam frumenti aut pecuniae, \*) siue quaesturae academicae cum Protonotariatu combinatione com-

coercendi; insonderheit per exclusionem ertheilet würde. Ein Ephorus, der obnedies die Stipendiaren kennen und in guter Aufsicht halten soll, würde sich dazu wohl schicken, und den abwechselnden Rectoribus und Decanis mit seiner Einsicht in Oeconomiam et Filicum Conuictorii beständig dienen und Licht geben können. --

\*) Cf. Acta M. Jahrs Beschwerden bel. N. 49 a. Vol. II. fol. 92. gnädigst. Rescript. Dresd. d. 10. Mart. 1745. -- Da wir hiernächst nicht abgeneigt, bey solchergestalt zu bewerkstelligendem Baue (im Augusteo), zu desto mehrerer Beförderung der bey gedachtem Conuictorio so nöthigen bessern Aufsicht, vor einen künftig zu setzenden Inspectorum eine freye Wohnung in solhanem Gebäude anzuweisen und einräumen - zu lassen - als habet ihr - inmittelt aber wegen einwilliger Auftragung solcher Inspection bey dem Conuictorio mit eurem Protonotario, nach eurem geäußerten Vorschlage einen Versuch zu machen, anzuheben jedoch die Verfügung zu reffen, damit nichts desto weniger auch noch von den Ephoris Unserer Stipendiaren alternatiue wöchentlich über das Conuictorium besonders eine genaue Aufsicht geführet, und allem bisher dabey verspürten Unfug möglichst gesteuert werden möge.

Et alio loco: im untrth. Bericht, d. 14. Apr. 1745. vid. Acta, die dem Univ. Verwalter Wolf angekommene Abrrerung der Gerichtsverwaltung an den Proton. D. Kunert, A. 1746. W. N. 221. - Die Inspection bey dem Conuictorio anlangend, so haben wir zwar diesfalls ein gutes Vertrauen auf unsern Protonotarium, D. Jo. Stepb. Kunert, daß dadurch allem bisher verspürten Unfug möglichst gesteuert werden würde; zumal wenn der jedesmalige Rector nebst den Decanis und vier Senioribus Facultatum, der Fundation gemäß, dann und wann das Conuictorium besuchen, und darüber besonders eine genaue Aufsicht mit führen - Demnach aber unser Protonotarius unmasgeblich erinnert, daß der vorgestellte Endzweck schwerlich erhalten werden dürfte, wenn er nicht 1) von E. K. M. mittelt aller gnädigsten Befehls zur Inspection, damit ihm nicht, wie dem abgegangenen Inspector, D. Job. Friedr. Clement, widerfahren, von einem oder dem andern ungesitzteren und frechen Conuictore, exceptio legitimatōnis ad causam opponiret, und er dadurch proffituirer werden könne, ausdrücklich autorisiret, anbey 2) der Locator ihm subordiniret, und 3) ihm potestas excludendi transgressores legum et morum a Conuictorio ad certum tempus, vertheilt würde, dagegen er 4) ihm loco Honorarii, in Ansehung seines habenden schlechten Gebalts und Versaumnisses, 1 Wispel Roggen vom Ueberschusse des Conuictorien - Kornes und 25 Rtblr. Geld, so ehemals der Inspector Coenobii gehabt - alljährig reichen zu lassen,



compenſanda eſſet. \*) Neutrum Sanctior Senatus ratum habuit, ſed curam perpetuam vni ex Profeſſoribus tradendam, reliquis modis omnibus praetulit. \*\*) Quam ſapienter procuratio haec perpetua Conuiſtum Noſtrum publicum in hunc vsque diem ſeruauerit, quam conſtanter illum per medios miſeriarum fluctus, per belli incurſus, per incendia et rapinas, ad meliorem fortunam deduxerit, id vero, cuiusquam acies videtur hebecere, niſi ſtatim animaduertat. Anno

B 3

nempe

laſſen, geben, übrigen wolle er 5) wöchentlich wenigſtens einmal das Conuiſtorium beſuchen — Als haben Ew. Kön. Maj. — wobey wir jedoch unſer Protonotarium in Anſehung des geſuchten Honorarii — zu verbiten, oder daſs zu ſeinem beſſern Gehalt ihm die Gerichtsverwalterey, welche der Quaefitor, als ſelbſt der Rechte nicht kundig, durch einen andern gegen Ueberlaſſung der Geblühen beſorgen muſs — ohne ſeinen Schaden abtreten kann, und die vorher mit dem Protonotariate verknüpft geweſen, anvertrauet werde, in Vorſchlag zu bringen, nicht Umgang nehmen können —

\*) Cf. gnäd. Befehl, d. 12. Nou. 1745. Acta die Abtretung der Gerichtsverw. bel. A. 1746. W. — So approbiren wir euren diesfalls geäuſſerten unmaſgeblichen Vorſchlag — ſeynd aber wegen dieſes vierten Puncts gemeyner, ſtatt ſorbaner geforderter Ergötzlichkeit dem Protonotarius die gleichfalls in Vorſchlag gekommene Beſorgung der Gerichtsverwalterey bey der Unverſtät — ſammt dem Genuſs ſorbaner, davon in ſeiner gehörigen Maasſe abhängenden, Emolumentorum angedeyben zu laſſen — Wir begehren demnach gnädigſt, ihr wolle, dergeltalt die Sache zum Verſuch auf künftiges Jahr einrichten, gedachten euren Protonotarium auch hierzu Kraft dieſes, vermittelſt einer vor ihn auszufertigenden, gedachten Vorſchlägen gemäß einzurichtenden, beſondern Inſtruction hinlänglich autorifiſiren, und den Erfolg anderweit unterthünigſt einberichten —

\*\*) Cf. cit. Act. von Uebertragung der Gerichtsverw. aus Protonot. bel. wo man nachher durch Stimm-Mehrheit und in einem unzerth. Berichte doch dafür gehalten, es ſey bedenklich, die Inſpection einem Subalternen aufzutragen, vielmehr möchten es welche ex corpore übernehmen; ingleichen ſey es impracticable, die Gerichtsverwalterey voritz von der Fiſci-Verwalterey zu trennen, und ſie dem Protonotarius zu übergeben. Worauf den 21. März 1746. der allergn. Befehl erfolgte, des Inhalts: Daſs beyde Aemter, nämlich Gerichts- und Fiſci-Verwaltereyen, vereinigt bleiben ſollen; mit dem fernern Zuſatze: Und wie Wir hiernächſt künftigt von euch einer deutlichen Anzeige gewärtig ſeynd, auf was Maasſe die durch die Profeflores zu führende Inſpection über das Conuiſtorium mit Nutzen einzurichten ſeyn möchte, alſo werden wir euch ſodann mit fernerer Reſolution zu verſehen wiſſen.



nampe XLVIII, praesentibus Commissariis regis noui Conuictorii Inspector deligitur, Hanaccius I. V. D. eiusdemque Prof. Publ. Ord. nouaque institutione, \*) confirmatur. Huius viri, nescio an difficiliori naturae, an conflatae sibi inuidiae tribuam, quod inspectione per septem tantum annos vsus fuerit. \*\*) Namque Rescripto Regio aliquot Professorum membra, tanquam Commissarii causae nominabantur, qui in regundae huius rei communis rationes inquirerent, confusionem repararent atque damnum, et alium sufficerent Inspectorem. Talem paucis annis ante expertum est Conuictorium †) quam dirum istud bellum septennale in Germania atque Saxonia erumperet, cuius immanitate, nostra non solum ciuitas, sed literarum haec quoque sedes misere direptae sunt. Tum Conuictorii prudentissimus, et Senii honore grauissimus Curator, Langguthius, exitit, rerum gerendarum vsu praecipue insignis, qui autoritate, consilio, ope et auxilio, sumtibus quoque haud mediocribus piam causam sustentauit, et ab interitu vindicauit. Et quid mirum, quod aerarium illius, cuius neque fors vlla, neque fons exiterit, tristissimo illo tempore non modo eneruatum, sed ingenti aere alieno oppressum fuerit; siquidem ultra sex aut septem millium Imperialium nomen contractum repererim, cum ante hos fere quindecim annos, ††) curae meae qualicumque traderetur. Attamen, quae est diuina clementia, hoc aerarium, quod obaeratum accepi, aere alieno liberum reddo, quod pecunia exhaustum inueni, id iam suffragantibus Senioribus, Boehmero praesertim Magnifico, tum temporis Rectore, vna atque altera forte ditatum, dotatumque relinquo; spemque melioris fortunae,

\*) Vid. *commissarisches Interims-Decret* d. a. 1748. Art. 4. *wo auf die damals ganz neu errichtete, aus 19 Art. bestehende, commissarische Instruction des Inspectoris d. d. Wittenb. d. 17. Jun. 1748. verwiesen wird, welcher auch izt bey der Inspection völig nachgegangen werden muß.*

\*\*) Nempe ab a. 1748 - 1755. benigne eidem concessio 50 Imper. annuo Honorario.

†) Nempe ab a. 1755. d. 1. Maii, vsque ad annum 1776. D. Georg. Aug. Langguth, Med. P. O. curam Conuictus, accepto quotannis Honorario, gestit.

††) Ab anno inde 1776.



tunae, cuius praesidia, Wittebergae vrbi fatali expectanda, Collega venerabilis, ordinis nostri Subsenior, mihi singularem in modum colendus, ante hos XXX annos ex hoc ipso loco, verissimo omine praeuidit, et pro ea qua pollet grauitate, prudentia et eloquentia exposuit, etiam Conuictorii aerario, in quo vix tantum est, quod expensis sufficiat, arridere arbitror, quam Deo O. M. vltius firmandam amplificandamque permitimus.

Sic haberis AA. OO. OO. HH. Conuictorii Nostri curam, qualis olim fuerit, qualis nunc est, et fortasse futura in posterum est, breui quasi tabula delineatam. Est nempe inter Principum Saxoniae, Electorum clementissimorum, beneficia, quibus hodie adhuc fruimur, non in postremis, sed in primis ponendus Conuictus ille publicus, immediate a Principe Fundatore institutus, ab Successoribus mirifice auctus, restauratus, conseruatus, sine vlllo fere Antecessorum nostrorum consilio, industria, studio et conatu vlllo. Voluit Princeps benignissimus, Fundator illius, in republica hac literaria, tanquam bonarum artium officina, indigentiores quoque aduenas, necessariis vitae praesidiis haud destitui; voluit eos, quorum ingenia ad humanitatis cultum formantur, victus tamen quotidiani inopia haud deprimi; voluit iuuentutem his Musarum epulis quotidie recreatam, in patriae parentumque delicias succrescentem, acribus diligentiae stimulis incitari, legibus contineri, et ad omnis modestiae, laudis, integritatis famam, citato cursu amplectendam, perducere; voluit tandem, vt hi, quorum consiliis praeclarum hoc literatae sedis nostrae ornamentum praecipue commissum est, in demandata sibi prouincia summa fide, summaque industria versarentur. In quam Piiissimi Statoris, aequae ac Principis nostri praesentis, Patris patriae Optimi, feneram voluntatem, opto, ac penitus persuasum habeo, vt intueantur, qui cura Conuictus nostri, pietatis et religionis vinculo sibi imposita, perfunguntur; vt intueantur, qui in illo, anxii rei domesticae curis soluti, aluntur, vique cogitent, fuisse quondam huius Electoralis mensae alumnos, Iuuenes multa literarum laude florentes, qui postea ad grauissima Reip. munia admori, Ecclesiae atque Ciuitati, meritis officiiisque Clarissimi, summo extiterunt ornamento. Certe sub huius seculi initium tam magnus Iuuenum doctorum in Conuictu publico repertus est numerus, vt mensa illius quarta, fertilissimorum prae  
reli.



reliquis ingeniorum altrix, per eminentiam *mensa bonae spei* \*) appellaretur.

Sed mitto institutum nostrum pium et frugiferum, et ad aliud institutum primarium accedo, cuius gratia haec omnia praemissa sunt. Quod quidem quale sit, cum nemo Vestrum ignoret AA. HH. non est, quod vel hoc ipsum explicemus prolixius, vel tempore hoc, quod concinnitatem postulat, licentius vti me velle, suspensionem vobis praebeam. Quapropter illo solum officio defungor, quod intermitteri salua huius actus festiuitate, non potest; nempe quod rerum humanarum arbitro supremo deuotissimas ardentissimasque perfoluamus gratias, quod nos tot tantisque bonis cumulare, praeteritorum ac praesertim voluptate perfundere, futurorum spe erigere ac recreare dignatus fuerit. Eique porro literarum incrementa suspiriis flagrantissimis commendamus, inprimis quidem, vt Academiam nostram velit esse perpetuam Matrem liberalium studiorum, omnisque purae et castae doctrinae christianaе. Eundem quoque Patrem coelestem rogamus, vt vota nostra pro Candidatorum praesentium felicitate, rata esse iubeat, eorum porro studiis et laboribus adsit, hisque honoribus praemia alia atque maiora succedere sinat. Tandem a summo bonorum fonte et autore suppliciter contendimus, vt principem nostrum, ELECTOREM AVGVSTISSIMUM, cuius bonitati cum vita etiam salutem omnem, religionis securitatem, pacem, studiorum patrocinium atque protectionem gratissimi debemus, per longissimum temporum spatium sospiter, Eiusque domum celsissimam Familiamque Augustam protegat clementer, summaeque faciat participem felicitatis.

\*) Cf. Laudatio funebris Clariss. Georgii Frid. Thyllitii, Ph. Mag. habita a Io. God. Leschnerto, O. Ph. Adj. Witteb. 1715. ex offic. Creusgii ed. fol. Ibi verba: Praedicanda his temporibus est liberalitas Ill. Generos. Viri, Abraami ab Einfiedel, qui Graecum nostrum - liberali conuictu in mensa, quae *Bonae Spei* vocatur, frui perbeneuole iussit. - Adde M. Io. Th. Klebii vitam Thyllitii ibidem enarratam, vbi verba: - egregia excitatus voluntate perillustrium Maecenatum, Abraami, patris et Curti, Abraami, huius filii - Einfieliorum, Dynastarum Gnanstentii aliarumque clientelarum - quando horum alter Nostrum - conuictu liberali, eoque gratuito, in mensa conuictus communis quarta, quae *Bonae Spei* vocatur, frui iussit, alter vero, pro suo erga Musas amore, locum hunc gratuitum Thyllitio, quoad hic studiorum causa vixit, constanter conseruauit. -



MERITORVM ATQVE DOCTRINAE

TESTIMONIA PVBLICA

XIX VIRORVM DOCTORVM

QVI

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICO

CHRISTIANO GOTTLIEB HOMMEL

I. V. D. INSTITVT. PROFESSORE PVBL. ORDINARIO,  
CVRIAE PROVINC. SCABIN. ET FAC. IVRID.

ASSESSORE

EX DECRETO ORDINIS PHILOSOPHICI

DECANO

IOANNE DANIELE TITIO

PHYSICES PROFESSORE ORDIN. FACVLT. PHILOS. SENIORE

ATQVE H. T. COMITE PALATINO

SVM MOS IN PHILOSOPHIA HONORES

SVNT CONSECVTI

D. XVII. OCTOBR. MDCCLXXXIX.



ALPHABETICALLY ARRANGED

BY THE AUTHOR

THE UNIVERSITY OF

1850

THE UNIVERSITY OF

CHRISTIANITY AND THE

THE UNIVERSITY OF

THE UNIVERSITY OF

1850

THE UNIVERSITY OF

1850

THE UNIVERSITY OF

THE UNIVERSITY OF

THE UNIVERSITY OF

THE UNIVERSITY OF

1850





P r i m o

Vir Amplissimus, Doctissimus

GOTTLOBIVS HENRICVS RICHTER

*Scholae Electoralis Grimmenfis Collega et Mathematicus, doctrinae praestantia et meritis in rem scholasticam eximiis, longe clarissimus,*Cui ante hos quinquaginta annos Summi in Philosophia  
Honores ab Ordine Nostro tributi sunt, iterum  
renuntiatus est.

CHRISTIANVS FRIDERICVS POPPO

GVBENA · LVSATVS

*Sacrorum in patria atque in suburbano coenobio interpres.*

**G**ubena haud ignobile inferioris Lusatae oppidum est. Ibi nato a C. N. ciorocclxii. pridie non April pater antistes facrorum faciendorum, quem diaconum solent vocare, fuit. Qui quum ipsi anno saeculi praesentis LXVIII. praematura ereprus morte esset, sollicitam pueri curam et paternam habuit Kletschke, qui muneribus ibi fungitur grauitissimis. Primis annis eorum profecit institutione magistrorum, qui in ludo patriae literario merent, deinde locum in ludo prouinciali Portensi occupauit, quod praecipuum felicitatis suae partem reputat. Nam abs quibus hic eruditus esset, magistros, nominat autem Grabnerum, Wendlerum, Barthium, Hildebrandum, Geislerum, supra quam dici possit, suam sibi operam, fidem, amorisque officia omnia commodisse praedicat. Huius egregiae opportunitatis fructus cepit ab anno saeculi, quod viuimus, LXXVI ad annum LXXXII. vsque. Hoc anno Lipham accessit, relictus in tabulas academicas a Funccio, rectore. Hic igitur in omni  
C 2 philo-



philosophia habuit Platnerum, in reliquis scientiis, in primis in sacrorum doctrina, cui se potissimum addixerat, Morum, Beckium, Palmerum, doctores, quorum omnium gratus laudat benevolentiam et fidem. Laudat etiam Vockerodtii itemque Kuffesi, grauissimum Lipsiae vrbs senatorum, singularem benevolentiam, quibus, si nihil aliud, hoc ipso nomine deberet plurimum, quod liberos suos eius fidei atque institutioni, per biennium commendare non dubitarunt. Inde sub anni LXXXVII. auspiciis ipsi contigit felicitas, vt Dresenae ab viro generoso de Celsing in domum receptus sit atque ingenio ex fratre nepotis additus formando. Qui quum Suionum regis praeter ordinem legatus Vindobonam, splendidissimum Austriae caput mitteretur, eius fuit comes. Anno sequenti summa numinis providentia factum est, vt in patria V. D. diaconus constitutus sit ac sacrorum in suburbano coenobio interpres. Pro qua insigni benevolentia, si non alia re, certe pietate et perenni beneficiorum memoria, supra laudato in primis Klefsckio, pensaturum se pollicetur.

### GOTTLOB AVGVSTVS LENCKE

ORIBACO - NARISCVS

*Ecclesiae Oribacensis V. D. Administer.*

**O**ribacum, quod nostris vulgaribus litteris est Auerbach, quasi grandem riuum theotisce dicas, nam Auer olim quidquid magnum et primarium videbatur proavis, signabat, vt Auerhahn vel Aurhahn, amat enim sermo noster breuitatem et pondus vocis in syllabam arctandae, velut magno corpore in pullis gallinaceis: Aurochs et Vrochs, velut maioris tauri genus: Ursprung, tanquam Ursprung primarium caput et fons fluuii, nam Sprung et Spring fons est: Vrlaub, quasi magna et extrema venia et comaeatus, et alia ad eum modum. Oribacum igitur oppidum paruum, et ciues generis theotisci, et verustatem nonnullam, nomine testatum, in Nariscis, qua principi nostro parent, Plauia ortum aequinoctialem abest. Ibi lucem vidit a. d. XII. Aprilis anno saeculi, quod vivimus, MDCCCLXVI. patre, senatore in curiali collegio praetore, qui hunc filium



filium ex coniuge, nata Irmiscia, Ricobaci degente, suscepit. Quem quum mature amisisset, quintum enim vix egerat annum, matris secunda vota ipsi secundissima fuerunt. Etenim vitrici, Vuirscii, vrbis itidem praetoris patriae, tantus in priuignum omni amor tempore extitit, vt nequeat esse patris in filium ardentior. Mature ad omnem pietatem coepit diligenter et litterarum doctrinam informari, magistris eruditissimis dexterrimisque, ex quibus Schilbaci, cui apud Schönheidenfes primum V. D. adminiftri, deinde Oribaci diaconi munia demandata fuerunt, eximie collaudat. Deinceps Cremae Misnicae in ludo principali mereri coepit sub magistris Krebsio, Mückio, Hofmanno, Reichardo, Hohmuthio, Richtero, quorum fidelem praedicat institutionem. Lipsiam venit a C. N. CIOCCCLXXXVI, in catalogo ciuium scriptus reftore Reizio. In philosophia omni audiuit Platnerum, Morum ac Rosenmüllerum in theologia. Doctoribus audiendis hebraicae linguae causa Dathio iuxta ac Meifnero, Beckio graecae ac latinae linguarum, itemque ciuilibus ac sacrae historiae causa naturalis vero Ludwigio. Vt posset magiftri artium honores petere, id debet auunculo Irmiscio, iurium consulitissimo, cuius atque aliorum beneficiorum gratissimam memoriam se feruaturum spondet. Ideo ordinem nostrum adiit, proposito de λογω Ioanneo specimine, a facultate artium philosophiae magister declaratus. Nuper oribacensi coetui ad sacra curanda minister datus est, in quo singulare prouidentiae diuinae consilium gratus agnoscit.

## CAROLVS GVILIELMVS ERNESTVS HEIMBACH

HECKSTADIO - SAXO

*Misnae ludo litterar. Electorali Collega reuerfus.*

**I**n Mansfeldensi, qui saxonico parer electori, comitatu Heckstedt oppidum est, vbi A. R. G. CIOCCCLXV. patre, Io. Marino, tunc temporis a consiliis aulae, nunc supremi comitatus tribunalis praefule, lucem adspexit. Prima litterarum rudimenta patris in domo, praceptoribus priuatim adscitis, quum didicisset, Islebiam in gymnasium deductus litterarum est, vbi graecae et latinae litteraturae sub Iano

C 3

operam



operam nauauit. His confirmatus doctrinis, Helmstadium se conuertit, Carpozonium, Henkium, Beiresium, Ferberum, Brunsum, doctores ibi secutus. Exacto biennio, Lipsiam adiit, per totidem annos Moro, Dathio, Platnero, Reizio, Forbigero doctoribus vsus. Redux in patriam factus, post tentamina colloquiorum candidatus sacris curandis receptus, quibusdam stirpis generosae iuuenibus, ut pietati, literis ac moribus consuleret, suo studio praeesse coepit. In his generosissimum adolescentem illustrissimi Christophori Gottlob a Burgsdorf, sacrorum in Saxonia splendidissimi praesidis, moribus atque literis formandum accepit. Nuper Misenam in ludum ad diuam Afram euocatus tertius collega est. Honores nostros petiit, addito eleganti specimine mythologico de Horis, quo anno elapso MDCCCLXXXVII. ad d. II. Mart. Burgsdorfio nostro ob natales gratulatus est, quos merito obtinuit.

### CAROLVS FRIDERICVS HELLWIG

MEGASCHOENAVIA - LVSATVS.

**M**egaschoenauia pagus est prope Sittauiam, haud incelebre oppidum superioris Lusatae. Ibi diuinus oraculorum interpret M. Carolus Gothelf Hellwig est, qui ex vxore Gottliche Margaretha Tugendreich, beati Io Hobian, Diaconi et Pastoris Loebauiensis filia, anno huius post Christum natum saeculi LXVI. a. d. XXIV. Ian. suscepit hunc Carolum Fridericum. Hac e viuis mature erepta, per secunda patris vota nouerca adhuc vitur Amalia Tugendreich, Goesfeli, quarti Sittauiensis in gymnasio collegae atque cantoris, filia maxime veneranda. Horum parentum, in primis patris voluntate ac diligentia, neque publica institutio neque priuata in literarum sacrorumque elementis ei defuit, et aditus ad gymnasium Sittauiae litterarium, b. Richtero et Sintenis directoribus, et magistris Mullero, Iario, Goesselio, huiusque filio. pastoris nunc Eybauiensis substituto, factus est, sub quibus humanitatis in studiis profecit. Lipsiam accessit anno huius aetatis LXXXVI in ciuibus academiae scriptus Reizio rectore. Hic philosophiam omnem ex Platneri, ius naturae ex Caesaris institutione hausit, Hindenburgii etiam interfuit tentaminibus physici.



physicis. Hebraicis litteris Dathio, Hempelio, Sturzio ducibus nauauit operam. Vt catholicam et sacrorum historiam disceret, dedit operam Beckio, saxonicae historiae causa Hilschero. In dogmaticis theologiae capitibus Moro, in morum doctrina, qua libris continetur sacris, Palmero praeceptoribus vsus est, prudentiam vero pastorem ab Rosenmüllero accepit. Artis interpretandi praecepta, eorumque usum Burschero, Moro, Rosenmüllero, Hempelio, Dathio, Palmero ducibus, didicit. Neque absui; ab Palmeri concionatoriis scholis atque examinatoriis; sicuti ab Rosenmülleri catecheticis polemicisque. Francogallicam linguam ipsum docuit Paen. Editio ingenii specimine de Beneuolentia et benignitate Dei ad Rom. II, 4. petiit magisterii doctrinae dignitatem, quam nos lubentes contulimus.

GODOFREDVS CHRISTIANVS BEL

LIPSIENSIS

*AA. LL. et LL. Cultor.*

**L**ipsia, celeberrima electoris vrbs, Pleissae fluuio adiacens, non solum litterarum studiis et laudatissima academia, sed mercaturae etiam opibus et prouinciae tribunali clarissima est, ubi noster Godofredus Christianus luce frui coepit. Parentes habuit Carolum Andream, poeseos professorem publicum ordinarium et Ioannam Christianam Fridericam, e gente Thomaea. Litteris primum institutus est ab domesticis praeceptoribus, Bundschuchio, Hilschero, Otrone, doctrina sic excolitus honestiori, aditum ad scholas parauit altiores, ciuium ordini academicorum adscriptus. Hic legum studia cum philosophia atque studiis coniunxit elegantioribus. Logices atque metaphysices Zwanzigerum, catholicae historiae atque imperii romani germanici Hilscherum, mathematices, moralium doctrinae atque statuum europaeorum Wielandum doctores habuit. Bienerum ac Schortum, iuris encyclopaediam vniuersi, iuris romani historiam, institutiones atque pandectas, docte explicantes et diserte, diligenter audiuit. Etiam Martinitio operam dedit literariae archaeologiae causa. Praeterea apud Oeserum, Vuiesium ac Steinium designandi pingent.



pingendique, armorum tractandorum apud Schmidium, equitandi artes apud Rosenzweigium didicit. Ob commentarium super Chresto Suetonii magistri artium dignitatem ab ordine nostro haud difficulter impetrauit.

ERNESTVS AVGVSTVS SPITZNER

TREBICIO · SAXO

SS. LL. *Cultor.*

**H**aud procul Vireberga vicus est, cui nomen Trebicum. Ibi sacris praeest mandati gregis pastor, Ioannes Ernestus, artium magister, qui hunc filium sustulit a C. N. CIOCCCLXVI. ex vxore Charlotta Sophia Auenmülleria. Rudimentis litterarum sacrorumque nostrorum informatus per decem coniuos annos eximia parentis cura, Ronneburgum deductus est, vbi in ludo litterario sub magistris Grunero, Rohio, Meistero, quorum fidem laudat, profecit. Tunc Torgauiam decessit, atque in ludo litterario sub magistris, Benedicti, Mattha, Bartholomaei, per tres annos ita est feliciter progressus, vt altiores scholas posset non sine insigni fructu meditari. Virebergam autem sibi deligens, anno huius saeculi LXXXVI huc accessit, scriptus in ciuibus nostris rectore Meerheimio. Philosophiae operam darurus, Reinhardo adfuit, Hillero ac Schulcio, Helmstadiensium iam professori. Iterum Reinhardum ac Dresdium sectatus est, vt linguam edisceret hebraicam. Historiae fierae reformationis atque theologiae cognoscendae causa, Schroeckhio doctore vsus est, geographiae physicae me quidem. Ad sacrorum studia deinceps conuersus, Tittmanno, Reinhardo, atque vt noui foederis libros intelligeret, Webero auditor adfedit, itemque Dresdio in intelligendis libris, quos symbolicos appellant. Interrogationibus et colloquio super doctrinae capitibus ingenium acuir Decanus pariter ac Schulcius. In hoc studiorum tramite vt ne premeretur inopia, diuina effectum providentia est, vt maecenatem nancisceretur illustrem Dominum a Wolframsdorf. Petiit honores nostros, quos merito tulit, quum probasset doctrinam scripto, in quo quaeritur, virum ii, qui super-  
stitione



stitione hominum ita vruntur, vt eos ad bona efficienda impellant, recte agant, an non?

FRIDERICVS CAROLVS SCHNEIDER

MARTISEBURGENSIS

*SS. et Liberal. LL. C.*

**I**o. Gottlob Schneiderus, Martisburgi, in haud obscuro oppido, actor causarum, a C. N. c1010cclxvii. ex vxore, Maria Christiana, nata Dedicke, hunc filium suscepit. Prima litterarum rudimenta, patris institutioni tribuit, deinde traditus est idoneis magistris, Bachio et Kirchnero, ex quibus ille sacrorum in pago martisburgensi episcopatu affini, Pissen oraculi diuini interpres curam gerit, Laurentio, quo mortuo, Penzelio ac Wagnero, qui in litterario merent ludo, quorum omnium in se formando fidem laudar atque industriam. Vt ad academiam praepararetur, Sonnenkalbio, R. M. C. traditus fuit, cuius opera factum est ac studio, vt Lipsiam veniret anno huius aetatis LXXXV. in ciuitatem academicam receptus rectore Schwarcio. Hic diuinae sapientiae atque humanae studium ita coniunxit, vt super philosophiae ambitu Platnerum, historiae catholicae atque sacrorum Beccium sequeretur. Posthaec capitibus theologiae ipsius recte intelligendis profecit doctrinis Mori, Rosenmülleri, Keilii ac Palmeri. Quum ab ordine nostro philosophico honores modeste peteret, doctrinam probauit specimine de monachorum atque eremitarum origine, primis ordinibus, celeri progressu et emolumentis pariter ac detrimentis, quae exinde in morum probitatem, religionis cultum, litterarumque studia promanarint. Quam ob causam merito eos adeptus est.

IACOBVS SEGEMVNDVS BECK

LISSAVIA-MARIAEBURGENSIS

*Philos. atque Math. Cultor.*

**I**n palatinatu mariaeburgensi vico Lissauiæ nomen est. In eo agro sacris oraculorum rei christianae interpres et crediti gregis pastor

D

pastor



pastor Stephanus Beckius praefuit, qui hunc filium tulit ex uxore, Dorothea Wilhelmina, Duncelia ex gente oriunda, anno aetatis huius LXI. Trimus utroque orbatus parente atque derelictus a fortunis, ex propinquorum consilio, Mariaeburgum missus est, ut euidam a manu esset iurisconsulto. Verum eius bibliotheca in se studium discendi ita accendit, ut sese ab eo tempore totum litteris dicaret. Sic animatus ludum Mariaeburgi literarium frequentavit, quo, rectoris in primis Wunschii beneficio, ita profecit, ut anno LXXXIII. ciuis academicus Regiomonte Io. Friderico Buckio rectore diceretur. Hic commoratus, sacris operam litteris dedit, at magis philosophiae se addixerat, magis mathesi, illi Kantio, huic Schulcio, doctoribus. Hoc academicae vitae tempore tres per annos consumto, Mariaeburgum reuertit, Wunschium, rectorem, cui multum debet, in muneribus subleuaturus grauissimis. Verum ab negotiis vacuum tempus mathesi dicauit, Segneri, Kaestneri, Karstenii voluminibus, in primis Euleri introductionibus in analysin infinitorum et calculum differentialem voluendis. Nunc Sartouicium propter Brombergam, iuuenis Sartorii ab Schwanenfeld studiis ac moribus regundis accitus est, atque in Vilenfi atademia comes ei additus studiorum.

IOANNES EHRENFRIED DEHMELIVS

LAVEA - LVSATVS

SS. LL. C.

**N**on procul Lauba vrbe Lichtenauiae nomen est pago, vbi sacrorum curae praefecto, Ioanne Christophoro, matre Ioanna Christiana, consulis olim Laubansis, Blochmanni filia natus est anno post Christum natum MDCCCLXVII. Domestica primum parentis institutione prima litterarum elementa percepit, qui anno saeculi nostri LXXVIII. binis hebdomadis diebus filium Laubam misit, ut, priuata Beckerti, tertii collegae, institutione, linguis, quas dicunt, antiquis, historia, geographia, poesi, imbueretur. Anno aetatis praefentis LXXX. ludo ibi literario traditus, sex meruit annis, sub magistris Beinerto, Kofchio, Goebelio. Horum quidem omnium  
in



in se instituendo fidem atque diligentiam sicut mente praedicat gratissima, ita ipsi conigit, ut sua studia mirifice subleuarentur liberalitate Blochmannorum, Fritschii, Weinerti. Tum Lipsiam adiit, nomen professus inter ciues anno huius saeculi LXXXVI. auctore Reicio. Audiuit hic doctores philosophiae causa Platnerum atque Caesarem, quae de moribus agit, Wielandum, in mathesi addiscenda Gehlerum una cum Hindenburgio, hebraeorum ob litteraturam Dathium ac Waldium, in historiae studio catholicae atque liberalium artium Beccium ac Bornium. Sacrarum litterarum studiis sic praeparatus optavit sibi Morum, dogmata explicantem, super morum e sacris doctrina, enarrando diuina oracula, cuius ductu quoque integro biennio explorandi ingenii et profectus causa per quaestiones et colloquiorum velitationibus se exercuit. Rei christianae historiam sacram didicit Rosenmüllero praeunte. Burschero, libros exponendi symbolicos, adfuit, Wolfio, in libris sacris interpretandis. Bienero quoque, gentium iura, Schotto, iuris canonici praecepta exponentibus adfedit. In hoc studiorum tramite diuina benignitate effectum est, ut mercatorem Schillingium maecenatem nancisceretur, non litterarum solum amatorem, sed earum etiam studiosam ac peritum, cuius ita liberalitatem laudat, ita extollit munificentiam, ut fateatur, tota se sua vita, etiam si maxime velit, vix dignas gratias habiturum. Edidit specimen, de Stoicorum philosophorum olim celeberrimorum, systemate, secundum quod, honores nostros, quos petiit ab ordine, meruit.

CHRISTIANVS GOTTHELF POLENZ

CAIETANVS

SS. LL. C.

**P**rognatus Caietae in Hermunduris, Geithayn, siue Geiten nostris praesentibus litteris, patrem habet cognominem, qui symphoniacis praefectus inter sacra cantor tunc meruit, ludum nunc Rocoliti literarium administrans, et quem de coniuge Ioanna Sophia Gerlachia anno huius post C. N. saeculi LXVIII suscepit. Prima litterarum rudi-

D 2



rudimenta ac doctrinae institutioni patris sedulae debet, qui omne prope tempus, quantum eius a munerum officiis vacabat, in tradendis filio artium disciplinis, regendisque moribus poneret. Patris etiam opera adolescens has excoluit in iisque ita profecit, ut Lipsiam anno aetatis huius LXXXVI. veniret, civium academicorum in catalogis census Schwarcio rectore. Auditor, ut philosophiam disceret, adfuit Seydlicio pariter atque Platnero, in caeterarum litterarum bonarum studiis Wilando, Ernestio, Eccio, Kühnoelio. Quum ad theologiae studia conuersus esset, historiam sacram didicit Burschero tradente, decreta sacra Wolfio, hoc quoque, itemque Moro, Rosenmüllero, Dathio, ut diuinos intelligeret libros. Quoniam tenui fuit censu, re familiari vsus arctiore, sua studia mirifice subleuauit liberalitas atque munificentia b. Schwarcii, Burscheri, Wolfii, aliorumque. His viris omnibus et doctrinae causa, et propter beneuolentiam luculentaque in se merita, se plurimum debere gratus proficetur. Misti ad nos specimen, in quo ostendit, in ferendo iudicio de lapsu protoplastorum, eiusque causa Deum ab omni culpa liberum esse pronuntiandum, secundum quod summos philosophiae honores tulit.

### CHRISTIANVS GOTTLIEB KOETHE

REGIOPONTANVS IN LVSATIS

SS. LL. C.

**I**n Lusatia superiore Conisbricae, quod pons regius latinis audit litteris, oppidi ab rationibus accepti atque expensi est Io. Georgius, qui hunc filium anno C. N. MDCCCLXV. ex coniuge, Maria Elisabetha Portmannia, suscepit. Primum in ludum patriae publicum missus, cantore Goesselio ac rectore Lentzschkio praeceptoribus vsus est. Postea Budissae in vrbe anno aetatis huius LXXX. in gymnasium instituendus receptus praeceptores habuit Raussendorffum, Petri, Demuthium, Coberum, Rostium. Quibus etsi omnibus grates debet haberque maximas, eorum enim consilio praemio argenteo dignus habitus fuit, quod senatus iussu singulis annis duobus distribuitur discipulis, at praecipua tamen Demuthii fides in se atque voluntas fuit,



fuit, qui eum socium et comitem nobilis a Leubniz constituit, suam recepit in domum, receptum vero et doctrina et consilio tribus annis adiuit. Lipsiam veniens ab Reicio rectore in civitatem cooptatus litterariam est et sic versatus. In philosophia omni profecit ex praelectionibus Platneri, in mathematica addiscenda Hindenburgii, in physicis Kühnii. Humanitatis litteras ut pernosceret, Ernestios fecutus est, Schreiterum, Horatium, Sturcium, Homerum explicantem. Historiae omnis causa Beccium audiuit, atque ut rei philosophicae et restauratae religionis vices disceret, Burscherum, Ludwigium vero historiam exponentem naturalem. Quum ad rerum diuinarum studia accessisset, sacrorum dogmata et recte interpretandi diuina leges didicit praecunte Wolfio ac Moro. In primis attente interfuit cum scholis iis, quae noui foederis libris interpretandis et historiae religionis coerusque purioris enarrandae fuerunt destinatae, tum vero iis, in quibus prudentiam pastorem et theologiam recentissime controuersam explicauit. Praeterea quoque diligentiam suam in exercitationibus ab ipso institutis catecheticis probauit. Dathium ac Waldium sedulo audiuit, illum, quum interpretationem veteris instrumenti librorum proponeret, hunc, quum psalmos Dauidis enuclearet.

## GODOFREDVS HEYDLERVS

MEGAGRIMMANVS

*Reu. Min. C.*

**I**n pago, nostris patriae litteris Grosgrimme vulgo dicto, Godofredus Heydlerus, bonus agricola, filium sibi cognominem suscipit a. faeculi huius LVIII. ex vxore Ioanna Regina Ritteria. Erant in tenui, sed pio quaestu parentes, minimeque male cogitantes, quae est agricolarum apud Catonem et Plinium amplissima laus. Igitur in filium erogabant ea omnia liberaliter, quibus intelligerent, in tenera quoque aetate excitari aliquam discendi atque acui cupiditatem posse. Latinae litterarum rudimentis atque graecae imbutus, concessit Cizam, in disciplinam cum priuatam tum publicam Gelbrichii,

D 3

A. M.



A. M. eius scholae tertii collegae, annum vnum et dimidium fideliter institutus. Tunc in ludum litterarium Portensem delatus et inter alumnos principalis munificentiae locum adeptus, praeceptoribus, Geislero, Wendlero, Klugio, Barthio, Beckero, Grabnero, Schmidio, ac de Finance, quorum opera tum res illa constitit, et quos ob benevolentiam in se ac fidem valde praedicat, profecit; multum etiam debet Langguthio, nostrati, suo contubernali. Emenso hoc curriculum, Lipsiam accessit LXXVIII. census in ciuibus, rectore Ernestio, eloquentiae tum temporis professore. Hic studiorum suorum hanc reddit rationem. Philosophiae discendae causa Platnero, Wielando, Caesari adfedit, Bortzio in mathematicis. Historiarum catholicae Wenckio tradenti, sacrarum atque philosophiae Burschero auditor adfuit. Theologiae causa, cui se potissimum addixerat, in sacro codice interpretando, in dogmatum ratione explicanda, in morum doctrina, in declamando de suggestu, adiit Koernerum atque Schwarzcium, iam defunctos, cuius etiam, recentissimas theologiae enarrantis controuersias, praelectionibus interfuit, Morum quoque atque Dathium audiuit foederis viriusque libris recte intelligendis. Ita litterarum studiis integro innutritus quadriennio, Dresenam se contulit, tentatus colloquiis, in quibus promte ac sufficienter ad quaesita respondit, more et instituto, inter sacrorum candidatos curandorum scriptus est. Iam nunc operam nauat, qui eius crediti fidei sunt, liberos litteris instituere.

### IOANNES DAVID ZWICKER

TREBSENA - MISNICVS

SS. LL. C.

**T**rebsena, oppidulum ad Mildae fluvii ripas in agro Grimmeni Ioanni Dauidi natalis est. Ibi saltibus curandis et venationi exercendae apud Baumannum, clientelarum Trebsenae, Nerchauiae, rel. dynastam praestitit pater Ioannes Dauid Carolus, qui hunc filium e coniuge Ioanna Dorothea Klemmia anno MDCCCLXXVIII. sustulit. Mature traditus est in disciplinam Leuschneri, Iudi rectoris patrii, cuius



cuius itemque huius filii, reuerendi tum temporis ministerii candidati fidei atque industriae prima litterarum debet rudimenta. At illo mortuo, hoc vero Finsterwaldam V. D. ministro euocato, in ludum ciuicum Grimmam missus est, mox deinceps anno LXXX. inter alumnos relatus, qui principali aluntur munificentia. Meruit hic annis sex integris, praeceptoribus Krebsio, Mückio, Reichardo, Hohmuthio, cuius famulus quadriennio fuit integro, et Richtero, quorum omnium in se fidem dexteritatemque impense laudat et praedicat gratus. Vitembergam venit anno MDCCCLXXXVI. nostris accensus reſtore Meerheimio. Hic omnes humanae sapientiae partes explanantes, Hillerum, Reinhardum, Schulcium sedulo audiuit, Schroeckhium super historia cum sacrorum, tum repurgatae religionis ac super antiquitatibus christianis. Theologiae in studiis sectatus est Tittmannum, Reinhardum, Iehnichium, libros viriusque exponentes foederis. Rursus Tittmanno ac Reinhardo in Theologia, qua dogmatum proponit decreta, qua mores e sacris formandos, qua muneris futuri prudentiam, sed Dresdio in formulis librorum, qui symbolici vocantur. In hoc studiorum tramite vt ne inopia premeretur, diuina benignitate effectum est, vt maecenatem nancisceretur Vincentium Baumannum, I. V. D. dynastam Trebsenae, Nerchauiae, rel. qui annuo eum stipendio subleuauit. In patriam rediturus, academicae curriculo vitae exacto, philosophiae et arium magister declaratus est.

IOANNES CAROLVS MAGNVS

TORGAVIA-SAXO

SS. LL. C.

**H**ic Torgauia, non ignobile in Saxonia oppidum, natale solum obigit anno saeculi, quod viuimus, LXVIII. Ortus est patre, Carolo Theophilo, medicae artis doctore et consule grauissimo, matre Concordia Guilielmina, Martini Grulichii, theologiae doctore ac sacrorum ibi antistitis filia. Litteris primum institutus est a domesticis praeceptoribus, deinde in ludum deductus curialem, creditus

Bene-



Benedicti, Matthae, Bartholomaei. Quibus etsi omnibus grates debeat habeatque maximas, at praecipua tamen Bartholomaei fides in se atque voluntas fuit. Ad nos venit, ut nostros inter ciues esset, anno LXXXVII, relatus in numeros, rectore Klügelio. Doctrinae causa sectatus est, ut philosophiam disceret, Hillerum, ut physicen, per pericula declarandam, me, ut historiarum, et catholicae, et sacrae, et repurgatorum sacrorum, notitiam haberet, Schroeckhium. Theologiae rationes ut disceret, adiit, qua dogmata, Tittmannum, rursus Tittmannum ac Reinhardum, qua mores informat, in controuersis sacrorum capitibus discendis, Weberum, Dresdium, in formulis librorum, qui symbolici vocantur. Praeterea Tittmannum, nouum interpretantem foedus, Reinhardum vna cum Antonio vetus illustrantem secutus est. Petiit honores philosophicos, quos, quum probasset doctrinam commentario de prudentia doctorum in vitiis discipulorum corrigendis, merito tulit.

THEOPHILVS FRIDERICVS KIRCHNERVS

L I P S I E N S I S

LL. C.

**N**atus in hac vrbe anno h. f. L. patre vitur Ioanne Michaeli, qui ex artificio suo sartor familiam aluit, matre Seyffertia, cuius pater texturae artem in pannis Ricobaci exercuit. Hi parentes in eo fuerunt pro facultatibus, ut mature filius ab idoneis magistris imbueretur liberalibus disciplinis, domi primum, dein in ludo ad diui apostoli Thomae, vbi sub magistris Topfii, Andreae, Hofmanni, Kriegelii magno eorum in se merito, profecit. Ex hoc ludo in academiam translatus Lipsiensem est, in ciuibus eius census Pobljo rectore. Sectatus autem est in quodam totius philosophiae orbe cognoscendo, Seydlicium ac Platnerum, mathematicum causa Borcium, ob ius naturae Sammetum, in historia catholica Wenckium ac Hillscherum. Iurisprudencia studia quum capeffuisset, audiuit Richterum, Pohlum, Bienerum, Schottum. Caeterum ut francogallicas litteras atque etruscas perdisceret, sub magistris Husselio ac Hoppfio ope-



operam nauisuit, ad quas accurate cognoscendas, Parisios profectus est, per annum commoratus. Redux factus, Mülleri patrocinio, consiliarii electoris in consilio rerum bellicarum secretioris, et nuptialis et feralis praeco publicus constitutus est. Secundum ea ab ordine nostro summos, quos modeste perit, in philosophia honores impetrauit, addito specimine, super Plinii iun. sententia: magis in studiis homines timorem, quam fiduciam decere.

GOTTLOB FRIDERICVS GRIESBACH

PENICENSIS

*Reu. Min. Cand.*

**P**enigke, Schoenburgiorum dominorum siue comitum ex Glaucenti linea sedem Christophorus Cellarius in geographia veteri iuxta ac noua ita appellat, vulgus vero Penig, contigit ipsi patria. Pater Michael ibi aerarii ciuici administrauit rationes, atque in panis exercuit texturae artem, qui hunc filium tulit ex vxore Maria Susanna Hoffmannia, anno post virginis partum MDCCCLVIII. Litterarum sacrorumque rudimentis primum in ludo patriae litterario per decem et quatuor annos institui coepit. Inde Palaeopolin ad Pflissam in gymnasium datus est, vbi sub magistris Reichelio, Boerner, Laurentio, Doehlero, Rothio, Cheualierio profecit annis sex. Quum in re tenui esset, etenim pater ad paupertatem redactus fuit, plurimum sibi profuit vrbs antiquissimae oprimatam fauor ac beneuolentia. In primis Richteri, reddituum ducatum collegii, quod Altenburgi in vrbe est, praefecti nunciis gratia ac liberalitate subleuatus fuit. Namque Laurentii commendatione effectum est, vt in eius beneuolenter reciperetur domum, in ea non secus haberetur atque in paterna, filii adolefcentis fieret contubernalis huiusque studiis ac moribus praeponeretur. At praematura morte cum patris, tum filii, quos adhuc lugere pietas non vetat ac probitas, spes progrediendi vterius in litterarum studiis in irritum cadere videbatur. Tamen opitulante orphanis diuino numine, matrem etiam amisit, bene iniuriatus, studiorum vniuersitati Lipsiae nomen dedit anno saeculi huius LXXX. Vt posset litteris libero a curis animo vacare, Siluerstenium rogatae studiorum militiae stipendium, in ipsum liberaliter collarum est, id quod Burscheri benignitati plurimum debere, grae

E

memor



memor proficitur. Hic primum philosophiae atque humaniorum litterarum studio se dedit, quas ex ore Seydlicii, Clodii, Platneri hausit. Daturus operam theologiae potissimum, Burfcheri, Schwarzcii, Dathii, Mori, Koernerii sedulus interfuit praelectionibus, quas habuerunt super catholica, philosophica, sacra historia, super sacrorum dogmatis, super rerum sacrarum controuersis, super moribus ex sacrorum sententia formandis, super patribus ac typis, super futuri prudentia muneris, super codicis sacri interpretandi ratione, super arte pro concione dicendi. Exacto his studiis quadriennio, comite Funcio contubernali, iam Hartrodenfi gregi fidelium pastori constituto, litteris humanioribus docendis operam dat. Nam Christianus Segemundus Kreyffsigius, qui Limbaci, vicus non-procul Chemnicio est, sacrorum gerit curam, in suam eum recepit domum, ut eius praeclara spe liberos litteris artibusque institueret. Huius viri erga eum animus paternus est, quippe ab eo consilio, re, opera mirifice adiuuatur. Eiusdem in primis commendatione effectum est, ut, quum Dresdae anno huius saeculi LXXXVI. sese stitisset, tentatus colloquiis more et instituto, inter sacrorum curandorum candidatus scriberetur.

IOANNES AVGVSTVS GOERENZ

LAVENSTEINENSIS

R. M. C.

**I**n metallico, qui Saxonum paret electori, tractu Lauenstein ad amnem Møglicium situm oppidulum est. Inde oriundus patrem habet ipsi cognominem, AA. M. sacrorum in eo agro antistitem, matrem Mariam Elisaberham, e gente Hübneria. Ex his natus a. C. N. CIOCCCLV. litterarum rudimentis per patris informatum curam, decimo aetatis suae ac quarto anno doctrinae causa Milenam deductus est, ut in illustri eius vrbe ludo litterario principalis munificentiae alumnus esset. In eo humanitatis litteras didicit sub idoneis magistris, Goutlebero, quo mortuo, Matthaei, per breue quidem temporis spatium, Müllero, Tzchuckio, Schregero, Lüdecio. Viernbergam adiit a. h. f. LXXXVI. census inter nostros, rectore Meerheimio. Ab eo tempore recitationibus in philosophiae studio atque historiae interfuit Reinhardi ac Schroeckhii, illius vero, Dresdii, Weberi in litteris hebraicis. Quum ad rerum diuinarum doctrinam sese contulisset.

Titt.



Tittmannum audiuit dogmatum theologiae causa, in interpretandis oraculis, in morum e sacris disciplina, atque in declamandi vsu. A. h. f. LXXXVIII. Dresdae se stuit, vt post tentamina colloquiorum candidatus sacris curandis reciperetur. Nunc in eo est, academicae vt sese deuoueat vitae.

CHRISTIANVS AVGVSTVS CVBASCH

T SCHIRNA - LV SATVS

SS, LL, C.

**P**atre Ioanne, A. M. qui sacra in Tschirnae pago ad Quissae flumen superiore in Lusatia credito fidelium gregi curabat, matre Io. Christ. Elisabeta Gleisbergia prognatus est a C. N. ciorocclxviii. Singularem parentis diligentiam primum domi institutus est litteris artibusque, quibus informari ad humanitatem aetas puerilis solet. Verum quum parens Budissam ad eandem sacrorum curam apud Vandalicum coetum anno h. f. LXXVIII. euocaretur, ad gymnasium ibi litterarium accessit, vsus magistris, Rostio, Cobero, Demuthio, Petri, Rauffendorffio. In his Rostius elegantias Graeciae atque Latii eiusque sublimitatem illum docuit, hebraicam litteraturam, chaldaicam, syriacam, arabicam Coberus, Petri francogallicam. Praeterea primordiis philosophiae, matheos, viriusque physices, qua principia experimentis declarantur, sub fide ac dexteritate Demuthii, artis salutaris doctoris, operam dedit. Tirocinio peracto ad nos accessit anno aetatis nostrae LXXXIII. Ab eo tempore philosophiae causa sectatus est doctores, Schulcium, vt logices, ontologiae ac ptychologiae scita cognosceret, Drasonem ob theologiam ex natura repetendam, Reinhardum in ethicis ex ratione hauriendis, astrorum percipiendorum me quidem. Historiae scholas cum rerum sacrarum, tum reformationis Schroeckhii ex ore petiit. In sacrorum studiis praeceptores habuit Tittmannum ac Reinhardum, qua decreta eorum exponuntur, super moribus exemplo sacrorum formandis, in vsu declamandi de suggestu, Dresdium vero in intelligendis libris, quos symbolicos appellant, illum quoque, nouum foedus, istum Davidis odas, hunc vaticinia de Messia, praeterea Henrici, piaculares seruatoris nostri labores ex antiquitatum fontibus, explicantes. Rationem discipulandi per colloquia quaestiones controuersas docuerunt ego ac



Klotzschius. Medicinam forensem ex praelectionibus Frenclii, artis medicae licentiat, didicit.

GVILIELMVS FRIDERICVS KVNZE

DIPPOLDISWALDA - MISNICVS

SS. LL. C.

**P**atre Friderico Guilielmo, qui Cehistae, prope urbem Pirnam pago, sacra credito fidelium gregi curabat, postea ad eandem Dippoldiswaldam vocatus prouinciam, matre Ioanna Eleonora Weidlingii, A. M. et Ileburgi diaconi olim filia, prognatus anno huius post Christum natum saeculi LXVIII. est. Quum ab ineunte aetate litterarum rudimenta in schola patria ab M. Fladio, qui huic praeest ludo, deinde etiam domi per quatuor annos ab ipso patre didicisset, in ludum litterarium curialem ad aedem diui Nicolai Lipsiae receptus, profecit, sub magistris bene merentibus, Martinio ac Forbigero. Ex hoc ludo translatus in academiam census inter ciues rectore Wenckio LXXXIII. et sectatus est philosophiae causa Seydlicium, humanitatis litterarum Ernesti, Reicium, Eckium, hebraicae linguae Dathium, historiae et catholicae et Saxonicae Wenckium itemque Hilscherum, sacrorum vero ac reformationis Burscherum ac Rosenmüllerum. Ad sacrorum doctrinae studia conuersus sacrorum dogmata didicit, praeceuntibus Schwarcio et Pecoldo, recte interpretandi diuinae leges Moro, Rosenmüllero ac Wolfio, mores ex sacrorum sententia formandos et declamandi praecepta ex suggestu, Palmero. Annis plus quam tribus exactis ad nostram studiorum vniuersitatem delatus est Klügelio scepra tenente. Hic adfuit Tittmanno ac Reinhardo, illi theologiae causa, super morum doctrina et legibus oracula interpretandi diuina, huic, librum psalmorum explicanti. Nec silentio praereuerendus est Erdmannus, A. M. et apud nos V. D. administer, quo fauore ac praeceptore in litteratura hebraica usus est. In patriam rediturus, academicae vitae cursu exacto, philosophiae et artium magister declaratus est publice, profectibus probatis commentario, in quo animae humanae immortalitatem ex omnibus hominibus inuito immortalitatis desiderio docer.











ULB Halle

3

003 061 345




S. 6.











DE  
CONVICTVS WITTEBERGENSIS PVBLICI  
CVRA EIVSQVE VICISSITVDINIBVS  
SERMO

QVEM  
IN SOLENNI  
DOCTORVM PHILOSOPHIAE  
ET  
LIBERALIVM ARTIVM MAGISTRORVM  
RENVNTIATIONE

D. XVII. OCTOBR. MDCCLXXXIX.

ET CVM  
*VITIS PROMOTORVM*

EDIDIT  
DECANVS  
IOANNES DANIEL TITIVS  
PHYS. PROF. ORD. FACVLT. PHILOS. SENIOR ET CONVICTORII  
ELECTORALIS INSPECTOR.

---

WITTEBERGAE,  
LITERIS TZSCHIEDRICHII.

1789.

1789  
6d.  
14

1789  
6

